Alia autem pars hostium ex eisdem electis cruciferorum hominibus cum maximo impetu et clamore cum gente ducis Vitoldi congressa et fere per horam proeliantes mutuo inter se plurimi ex utraque parte ceciderunt, ita quod gens Vitoldi ducis cogitur retrocedere. Et ita ipsos insequentes existimabant jam obtinuisse victoriam dispersique hostes ab ipsorum banariis in ordinatione suarum acierum erraverunt et illos, quos retrocedere coëgerant, fugere inceperunt. Postmodum autem reverti volentes, a suis hominibus et banariis per homines regis, qui directe banaria ipsorum per latera diviserunt, seclusi[2]) aut capti et[3]) gladio perempti perierunt. Illi autem, qui de parte laeva illorum, qui divisi fuerunt, remanserant superstites, ad suos homines exercitus hostilis reversi, iterum uniti ad invicem cum banario magno castellani Cracoviensis, palatini Sądomiriensis, terrae Vye-

---

[1]) Cały ustęp powyższy ma w rękopisie niepoprawną konstrukcyą.

[2]) Strehlke mylnie ma: declusi.

[3]) Strehlke poprawił na aut.

lyunensis[1]), terrae Haliciensis et aliis multis banariis convenerunt. In quorum congressu bellum gerebatur asperrimum et multi hinc inde ceciderant mortui. Durabat ergo bellum sex horis et demum terga vertunt cruciferi. Illa vice usque ad stationes fugerunt.

Collectis itaque viceversa viribus magister de quadam silva parva cum sua gente residua, quindecim aut citra banaria habens secum, contra regis personam acies suas dirigere voluit, et jam lanceas hastasque ex humeris depositas scutis junxerant fixique stabant, considerare volentes, ubi ipsis facilior et utilior congressus hostium videretur. Rex autem tunc, cum cruciferi ordinatis aciebus contra ipsum stabant, equum suum arrepta lancea manu sua voluit cum animositate maxima dirigere contra eos, sed a proceribus prohibitus invite, violenter et cum maxima difficultate retentus non potuit perficere velle suum. Itaque unus miles decenter armatus de ordine cruciferorum sine acie equum suum dirigere volens contra regem propius ipsum acceserat. Rex autem accepta manu hasta sua ipsum letaliter in faciem vulneravit, et statim per alios equo projectus in terram cecidit interfectus. Illae autem acies magistri de loco, in quo fixae erant, contra regem se mo-

[1]) Strehlke ma mylnie: Vislicensis.

ventes, contra banarium magnum procedentes, mutuo viriliter se susceperunt hastis suis. Et in primo congressu magister, marsalcus, commendatores totius ordinis cruciferorum interempti sunt. Reliqui autem, qui superstites remanserunt, viso, quod magister, marsalcus et alii consiliarii ordinis perierunt, terga vertentes, usque ad stationes suas, quas metati fuerant, illo tempore fugerunt. Et cum jam ad stationes venissent, videntes, quod regis aduc multae fuerant acies, quae proelium non intraverant, viso etiam, quod dux eorum cecidit interemptus, in fugam realem conversi sparsim fugere coeperunt. Rex igitur ex consilio baronum suorum inimicos ita cito fugientes persequi non permisit, nec populum a se voluit dispergere, sed statim deposita de se galea sua propter calorem solis nimium cum omni gente sua ad stationes cruciferorum venit.

In loco autem stationis multi videntes, quod per fugam nullo modo evadere possent mortem, ex curribus quoddam propugnaculum facientes ibidem omnes defendere se coeperunt, sed statim devicti omnes in ore gladii perierunt. In illo autem loco plus, quam in toto conflictu, cadavera mortuorum apparuerunt.

Procedens autem rex de loco stationum praedictarum, silvam parvam penetrans, venit ad

verticem cujusdam[1]) monticuli, in quo statim de equo descendens flexis genibus in terra deo coepit gratias agere de victoria, quam dominus deus sibi concesserat de hostibus suis. Ad illum autem montem adducti fuerunt ad regem infiniti captivi, inter quos duo praecipui duces, scilicet Kazimirus Sceciniensis et Conradus, Slesiae dux, multi etiam milites, barones etc., ex diversis mundi partibus diversarum nationum homines, qui cruciferis venerant in subsidium.

Abinde igitur rex procedens, ad locum quendam veniens, ibi castra metari fecit et ab equo descendens de arbore ramos frangi mandavit et humo prosterni, in quibus post fatigam se deposuit et ibidem pausavit etc. Inceptum autem erat proelium ante meridiem tribus horis et finitum ante solis occasum una fere hora.

Cras ergo mane facto rex missas cantari in magna solemnitate mandavit, videlicet de sancto spiritu, de sancta trinitate, de divisione apostolorum. Post missas igitur tota illa die et sequenti similiter banaria hostium, quae in conflictu receptae fuerunt, ad regem portabantur et captivi ducebantur. Tribus autem diebus continuis in loco conflictus rex[2]) moram traxit, in quibus regi banaria portabantur hostium, ita quod ab omnibus poterant intueri.

---

[1]) Strehlke i Bielowski opuścili cujusdam.

[2]) W rękop. vix.

His etiam diebus rex corpus magistri inter cadavera quaeri jussit et inventum ad tentorium suum adduci mandavit et alba sindone involvi desuperque pretiosissima regia purpura tegi et in curru usque ad Mariemburg deduci cum honore mandavit. Cetera autem cadavera virorum illustrium tam nostrorum quam inimicorum, qui ceciderunt, in quadam ecclesia loco conflictus propinqua cum honore et reverentia sepeliri mandavit.

Tertia autem die de loco conflictus recedens, ad quandam civitatem Mayenstorg[1]) venit, quam statim et castrum sine aliqua difficultate et resistentia recepit et postmodum ad aliam civitatem, que Marunis[2]) dicitur, sine resistentia intravit et recepit. Item ipso die Arnolphi[3]) venientes cives de civitate maritana Olbyąg[4]) dicta et duae terrae Prussiae ipsi regi fidelitatis omagium praestiterunt. Praeterea ipso die Mariae Magdalenae[5]) optimum castrum, videlicet

---

[1]) Mayenstorg nazwa zepsuta; Strehlke domyśla się Ostródy — Osterode, Hastenrod; ale może to znaczyć także Olsztynek, po niemiecku Hohenstein.

[2]) Murąg, po niemiecku Morungen.

[3]) D. 18. lipca.

[4]) Elbląg.

[5]) D. 22. lipca.

Aldesten[1]), regi subjectum est. Igitur ipso die sancti Jacobi[2]) apostoli circumvallavit rex castrum Mariemburk. Et ab illo die usque ad festum Mathaei apostoli[3]) ipsum expugnavit, infra quod tempus tota terra Prussiae et Pomoraniae exceptis tantum[4]) castris in Prussia, videlicet Mariemburk, regi fidelitatem perpetuam juramento promiserunt observare firmiter, quam postea frangentes tam spirituales quam saeculares nobiles, cives et omnes totius terrae Prussiae et Pomoraniae honorum[5]) ipsorum prodigi et salutis propriae immemores turpiter et sine aliqua causa violaverunt et fregerunt, ab ipsius regis et coronae suae Poloniae obedientia se sine causa subtrahentes[6]).

Et est hujus finis, scripsi quasi in spinis
per manus fratris C. de Radomia.

Explicit Cronica.

---

[1]) Strehlke i Bielowski domyślają się w tej nazwie Olsztynka (Hohenstein); przypuszczam, że to znaczy Olsztyn (Allenstein).

[2]) D. 25. lipca.

[3]) D. 21 września.

[4]) Braknie w rękopisie aliquot lub aliquibus.

[5]) Strehlke poprawił na honoris.

[6]) W rękop. obedientiam sine causa subtrahentes, co już Strehlke i Bielowski poprawili na: obedientia se sine causa subtrahentes.



Brzesczye

Cronica conflictus Wladislai Regis Polonie cum cruciferis anno x 1410

Primo feria iii ipso die S Johannis baptiste
Serenissimus dominus Wladislaus rex polonie
celebrat conventionem generalem cum omnibus princi-
pibus nobilibus dignitariis militibus et
in civitate Wolborz Et finito colloquio
feria v. abinde recessit Et in campo eiusdem
ville Lydborhnija metatus est castra sua
de quibus statim cras se movit Et illo die
exiens regni sui metas trans mazovie
introivit metas per quas ambulans
feria vi ad flumen Vysla venit Et per eundem
fluvium cum aliquibus suis exercitibus ex quo
non bene ad eum omnes convenerant Et cum preci-
dibus machinamentis ceterisque bellicosis
instrumentis pontem mirabili structura com-
positum sine aliquo dampno et periculo pertransivit
quo pertransito cum predilecto principe Alexandro
cognomine Vytoldo fratre suo duce Lytwanie
et omnibus exercituum hominibus ipsius cum
magna leticia et gaudio convenerunt
Ibique per trium dierum spacium moram
facientes finaliter concluserunt contra prenos

procedendum. Et demum recedens per
continuos duos dies transivit Venientesque
ad quoddam flumen circa quod castra me
tati sunt. In crastino die s. proto
pj. Venit ad regem, dominus Nicolaus de
Gora palatinus regni Ungarie, Stiborius
palatinus transsiluanus, et Xoferus de
Conscendorf Legati regis Ungarie ex
parte tunc [illegible] regis Unga. et cruciferorum
requirens regem si ad pacem quam rex Un
garie inter ipsum et cruciferos procurare
vellet voluisset acclamari. Rex autem
Respondit dicens domini et amici mei pacem semper
quesivi ab equalitate nunquam declinare
volui Et adhuc si eam habere possem libe
ter susciperem et concordiam inter partes [illegible]
Legati igitur crastina die
visis exercitibus regis ad magistrum redeunt
Et verba regis ordinate exponunt ad pacem
concordiam ipsum inducere. Magister eis
Respondit Amici mei Rex polonie pacem
optat quam habere nullo modo potest Ex quo viden
tibus nobis in terras nostras ignes misit
et pompam [illegible] nos ostendit Quam a nullo hominum
unquam passus fuit ordo noster Quare ergo
si pacem voluit ipsam dum terras nostras vi
sitare non incepit non quesivit

Oportet igitur ut pro his que exercuit recipiat a nobis debitam ultionem nec evadet inultus de oris nostris neque manus nostras effugiet feminei enim et non viri duceremur si victoriam nobis sponte oblatam de hostibus nostris recipere non vellemus. Legati igitur auditis ipsorum verbis inequalibus ad regem amplius redire noluerunt. Illo igitur die dominico Rex solus terras hostiles quas a domino Semovito in certa quantitate pecunie cruciferis obligatas tenuerunt intravit et eas vastare mandavit. In quibus terris per dominum Semovitum prefatum cruciferis obligatis

Rex antequam terras ipsorum proprias intravit a dominico die predicto usque ad feriam quartam moram traxit Et feria quarta terram ipsorum ante meridiem intravit. Banaria et vexilla sua magnifice et potenter extendit et apparere fecit in campo quodam iuxta olsztyn parvum que ex omnibus partibus ipsius silve et nemora circuibant. Extensis igitur banaryis ad locum in quo staroes fixe fuerant venit et ibidem cum exercitibus uno die

mora traxit In Stacombg depre-
hensi fuere quidam salutis proprie im-
memores qui domos dei ausi fuerunt intra-
re et predas comittere in eisdem cum omni de-
creto dampnati sunt quod seipsos manibus
propriis deberent suspendere quod ipsos facere
oportebat Et abinde rex per duo
miliaria cum suis exercitibus se direxit
Et feria quinta tota die ibi moram trahens
Cras de staroibg se movit et vicever-
sa ad staroms de quibus venerat reversus
est dimissis in starombg predictis aliquod
pixidum lapidibus quod cum invenerint de-
relictos dixerunt nigro Niger rex iam
fugit et insignum lapidis in quibus hinc
staroibus stetit dereliquit Legatos nigri
insequi cepit, non potuit tamen cognoscere
quare rex reversus esset. Ex quo propter hanc
viam per quam transire incepit propter flu-
anka men drwanka et alia obstacula sine
dampno maximo non potuit pertransire
Oportuit ergo regem reuti viceversa et
perductum flumen ab exordio eius circuire
Igitur feria vi ante festum Mar-
garete fecit rex staciones suas per viam

miliaria a civitate Sobrodonio
quam ipso die margarete acquisivit violent
In quibus stacionibus pausavit per duos dies
Et ipso die s Margarete de eisdem staci
onibus recedens circa civitatem predictam
castra metatus est Et circa ve
speram civitatem predictam cum toto exer
citu et non militie sue eam expugnare
mandavit quam statim infra tres ho
ras violenter cepit Circa quam civi
tatem duos dies mansit Venit autem
nocte diei illius qua se ex predictis
stacionibus movere debuerunt fuerit ma
xime coruscaciones fulgura atque ton
trua magnaque pluvia cecidit illa
nocte que vis omne bonum procuravit
nam terram madidam humidamque fecit
que ex nimio estu solis nimis erat
pulverosa ita quod quando exercitus per cam
pos transibat unus alium videre non
poterat pulvere occupante Ventus
at illa nocte tantus fuerat ita quod
omnia castra et tentoria subvolverat papilionarum
Et tunc ex fidedignorum militum dicitur
qui dixerunt se vidisse illa nocte lunam
versam fuisse in sanguinem et quidam
gladius rubens in ea apparebat

Feria igitur tercia ipso
ipso die divisionis apostolorum a civi
tate predicta recesserunt Et statim in
recessu maxima pluvia cecidit que
omnia arma nostrorum militum madidavit

Mox itaque cessante pluvia et pro
pulsa obscuritate nubium sol serenus
illuxit qua quidem serenitate permanente
Rex capellanum aptari ad missam ma
davit ex quo missam secundum consuetudi
ne solitam propter impedimentum brutor
rum qui fuerant qui de starombergk transibant
audire tunc non poterat Et pausante
ipso in cuiusdam monticuli vertice et
exercitibus circa montem stantibus flam
mas ignium qui per terram missi fuerant
propter ipsorum multitudinem et magnitu
dinem provisione mirabili intuentibus

Ad regem de adventu ho
stium venit fama incerta quidem regi incre
dibilis Omnes ergo exercitum hominis
equos qui solummodo pro belli negocio an
eos ducebant armati ascendebant
Rex autem tunc ad divinum officium misse
audiendum declinat orationes populare flexo genu

Quidam familiaris suus qui in ex cubiis exercitus constitutus fuerat illo die Regem alloquitur dicens et asserens pro certo se hostes vidisse. Rex at de multitudine hostium interrogavit numerum qui dixit tantum duos cuneos eorum conspexisse. Et ait rex Quatuor vel sex cunei cum Marsalko exercitus expediantur quia eos Nosque insistemus misse sub hoc tempore. Adhuc eo loquente aliquis nuncius venit dicens Rex ne tardes hostes contra te vadunt. Statim quoque rex ad fratrem suum Bytoldum nuncios direxit cum predicto sermone Frater carissime sis ad pugnam paratus et iube parari exercitus tuos cum militibus Ex quo iam de hostibus sumus certi. finitaque legacione statim ori suo silencium imposuit Et elevatis in celum oculis ac manibus orare cepit Nec ad sermonem cuiusque respondere voluit nisi finita oracione et missa audita Cuius oracionis tenor est hic Tibi inquit domine deus spiritum meum commendo Et commilitones meos committo serva me domine una cum ipsis

Et vos o mei commilitones
dilecti ad memoriam anime mee commoneo et requiro. Sub quo tempore nuncius
concito cursu venit dicens. Rex serenissime
hostes tui in medio miliari ante sunt in magna potencia congregati te expectant
ne moreris equum ascendas et contra
eos procedas quia quanto magis congressum belli protrahis tanto magis periculum facis hoc enim negocium moram
et negligenciam non requirit
Rex vero verba illius licet sibi
proficua surda tamen aure pertransibat
Ad deum enim toto corde suspirabat Et
Statim ab oratione surgens
Quasdam de strambus ligaturas in signum
cognicionis mutue cuilibet alligari
mandavit verbaque proclamacionis
in bello militibus hec induxit Cracow
Wylno ipse solus personaliter, Ascensoque equo videre hostes properavit
Et statim acies in cuiusdam campi
planicie inter duo nemora ordinare
cepit. Tuncque ad mille vel ultra milites emxit manu sua quousque a cinctura
fatigatus fuit Cumque iam amplius

solus ingredi no posset, Venerunt ad regem duo heraldi vnus regis hungarie, regis ex parte mgri exam natum portans gladium Et alter ducis Sretyney alium silr gladium ex pte Marsalci, duci vytoldo dans manu tenens dixit, Rex mgr hunc dirigit gladium Et fris tuo vitoldo ex pte Marsalci alium dare debemus Si ipms pnnam habere potuerimus

Rex statim pro vytoldo certos direxit nuncios et ab aggressu belli ad que iam cum gente sua transibat ipm retrahere mandat, derelictis igitur suis militibus vitoldus solus ad rege concito venit Et in adventu eius predicti heraldi ex pte Marsalci gladium sibi obtulerunt dicen regi et vitoldo Rex et vitolde Mgr et Marsalcus hos gladios vobis mittunt in subsidium et ad pugnam vos invitant pro loco vero certamis vos requirit vt ipm soli eligatis et electum ipsi p vos nuncietis Nec velitis vos in condenso huius silue abscondere quinimo ad bellum protinus exire no differatis

qz pugna nullo evadi poteritis
Rex at et vitoldus gladios predictos
cum magna mansuetudine animi receperunt
Et her magistro et Marsalko pronunctios
responderunt Auxilium dei principale
Et hos siltz gladios in subsidium nobis
recepimus et cum magistro pugnare volumus
Ner in silvis nos abscondemus qz
hac intencione venimus ut vobiscum
preliemur Ex quo a vobis equali
tate habere non possumus Et locum
certaminis divine voluntati gregisque co
mittimus.
Statimque cum fletu
nimiaque effusione lacrimarum rex mi
lites suos alloqui et hortari cepit
O milites mei amici et milites Constat
vobis qualibus molestiis et iniuriis
nos et nostros persecutores hii quos in
tueri orbis vir elata mente infestabant
que et quanta faciebant fratres nostros quo
ecclesias dei violabant et personas
deo dicatas stuprabant Sacrilegia
violencias crimina et molestias que
non diu longo tempore elapso patrarunt
Adversitatis Arrepta igitur
pro subsidio iusticia hac quam quisque
quisque clare intueri potest Ipsa enim sola

pro nobis pugnabit In protectione
vero ipsius iusticie nostre armemini Et
melius mori possumus quam vincere pro ea
nunc non timeatis Ego enim o mi
lites mei vobiscum sive ad vitam
sive ad mortem ire paratus sum Hys
tamen qui nostrum machinantur excidium

Hiis completis omnes
unanimiter cum fletu Boga rodzy
cza cantare ceperunt et ad bellum
processerunt lacrimis tamen prefusis
quas ipse rex e pectoribus eorum eduxe
rat suos ~~exhortationibus~~ suis exhor
tacionibus

In manu dextra dux Vy
toldus cum gente sua cum banerio
s Georgii Et banerio prime
aciei bellum est ingressus In ipso
autem primo ingressu belli ante pau
lisper pluvia levis et calida irrupit
et pulveres ab equorum pedibus solvit
Cumque in ipsius pluvie initio duo
ictus in emissione lapidum de pi
xidibus hostium facti erant quia hostes
multas pixides habuerunt Nullum
tamen nocumentum per huiusmodi emissiones
nostris facere potuerunt

Et statim primo congresso cum gente regis facto ab eisdem prexidibus fure pro stadium et repulsi bellum fuere tunc asperrimum

Cum iam utercque exercitus tam regis quam ducis Vytoldi cum omnibus hostium aciebus fuere adinvicem copulati et congressi Maiorque exercitus pruthenorum ex electis ipsorum aciebus fuere adinvicem ordinati Super gente ducis Vitoldi Banarium sancti Georgij Et Banarium nostre prime aciei congressi cum clamore maximo et incursu equorum nimio in valle quadam Sic quod adversa pars de monte et pars nostra sitr de monte mutuis se susceperunt ictibus lacerare In illo autem loco hastis confluctum ex hastis que tunc confracte fuerunt Cuius hoc quod ex vertice utriusque monticuli per pedes equorum confracta ligna ad ipsum de alto propellabatur Cum propter obliquitatem suam in montis vertice non poterat permanere ad vallem ipsorum montium congregata et conversa fuerunt et quasi unus ~~~~ pons

munds factq apparebat exercit hostis
Alia at pars hostium exercit electus
cruciferorum hominibus cum maximo im
petu et clamore cum gente ducis Wy
toldi congressus et fere per horam pre
liatum mutuo inter se plurimi ex vtra
que parte ceciderunt, Ita quod gens vitoldi
ducis cogitur retrocedere Et ita
ipsos insequentes existimabant iam obtinuis
se victoriam, dispersi quod hostes ab ipsorum
Banarys in ordinatione suarum acierum
errauerunt Et illos quos retrocedere
coegerant fugere inceperunt, Eo mo
dum at Renertj volentes a suis
hominibus et Banarys per homines regis
qui Certe Banaria ipsorum prelatura
diuiserunt, Seclusi at capti et gladio
peremptj perierunt Illi at qui de parte
lena illorum qui diuisi fuerunt remansi
erat superstites ad suos homines exer
citus hostilis cucurrerunt Iterum vnum
admouere Cum Banario magno ca
stelani cracouiensis palatini sandomiriensis
terre vyslyciensis terre halicien et alys
multis Banarys conuenerunt In quo
rum congressu bellum gerebatur asperimum
Et multi hinc inde ceciderunt mortui

Durabat g° bellū sex horis
Et demū larga vertut cruciferi illa
vice vsq3 ad staciones fugerit
Collectis itaq3 viceuersa
viribg mgr de quada) silua p va
cu) sua gente residua quindecim
aut vltra Banaria habens secu) cō
tra regis p̄sona) acies suas dirige
voluit et eam lanceas hastasq3 ex
hominis depositas scutis iuxerat fixi
q3 stabant considerare voley vbi ipos
facilioz et vtilioz congressus hostiu)
viderit Rex at tūc cu) cruciferi
ordinatis aciebq ctra ipm stabant
equu) suu) arrepta lancea manu
sua voluit cu) animositate maxia)
dirigere contra eos Sz a proceribg
phibitus mdiis violentia et cu) ma
xima difficultate retrusq nō potuit
pficere velle suu) Itaq3 vnq miles
deferens armatq de ordine cruciferō-
ru) sine acie, Equu) suu) dirige vo-
lens ctra rege ꝑimus ipm acceserat
Rex at arrepta ma° hasta sua ipm
letaliᷤ in facie vulnerat et statim p
alios eq̄ pierty in terra3 cecidit in-
fectus Ille aut acies mgri)

de loco in quo fixe erat contra
regem se moventes Contra Bana
rum magnum procedere mutuo virili
se susceperunt hastis suis Et in
primo congressu Mgr Mar
salcus commendatores totius ordinis cruci
ferorum interempti sunt Reliqui
autem qui superstites remanserunt vi
so quod mgr Marsalcus et alii consilia
rii ordinis perierunt terga vertentes usque
ad stationes suas quas instituti fuerant
illo tempore fugerunt Et cum ea ad stationes
venissent, viderunt quod regis adversus milites
fuerant arcus qui proelium suo in laborave
rant Viso etiam quod dux eorum credit
interemptus In fugam totaliter conversi
sparsim fugere ceperunt Rex igitur
ex consilio Baronum suorum inimicos
ita cito fugientes persequi non permisit
Neque populum a se voluit disgregare Sed
Statim deposita de se Galea sua
propter calorem solis nimium cum sua gente
sua ad Stationes cruciferorum venit
In loco autem Stationis militum
viderunt quod per fugam nullo evadere possit

morti Ex turribus quoddam
propugnaculum factum ibique omnes
defendere se ceperunt sed statim debi
ti omnes in ore gladii perierunt
In illo autem loco plusquam in toto con
flictu cadavera mortuorum apparuerunt
Procedens autem rex de loco
stacionis predictarum silvam par
vam penetrans venit ad verticem
cuiusdam monticuli In quo statim
de equo descendens, flexis genibus
in terra deo cepit gratias agere de vi
ctoria quam dominus deus sibi concesserat
de hostibus suis
Ad illum autem montem
adducti fuerunt ad regem infiniti capti
vi Inter quos duo principes duces
scilicet Kazimirus Stetinensis et Conradus
Slesie dux, Multi eciam milites
Barones et ex diversis mundi partibus
diversarum nacionum homines qui cru
ciferis venerant in subsidium
Abinde igitur rex procedens ad locum
quendam veniens ibi castra metari
fecit Et ab equo descendens de ar
bore ramos frangi mandat et ho
mo proprium in quibus pre fatigacione

se deposuit et ibidem pausavit 26
Inceptum autem erat prelium
Ante meridiem tribus horis et
finitum ante solis occasum una fere
hora Cras ergo mane facto
Rex missas cantari in magna solemni
tate mandavit videlicet de sancto spiritu
de sancta trinitate de divisione apostolorum
Post missas igitur tota illa die et se
quenti silicet Banaria hostium que
in conflictu correpte fuerant ad regem
portabantur et raptim ducebantur
Tribus autem diebus continuis in loco
conflictus rex moram traxit In
quibus regi Banaria portabantur ho
stium ita quod ab omnibus poterant intueri
His etiam diebus rex corpus magistri
inter cadavera queri iussit et in
ventum ad tentorium suum adduci
mandat et alba sindone involvi
desuperque preciosissima regia purpura
tegi et in curru usque ad Marien
burg deduci cum honore mandavit
Cetera autem cadavera virorum illu
strium tam maiorum quam minorum qui ibi ce
ciderunt In quadam ecclesia loco conflictus

Magistri corpus queritur et invenitur

propinqua cum honore et reuerencia sepelliri mandauit Tercia
autem die de loco constitutus recedens
ad quandam ciuitatem Mayen
storg venit quam statim et castrum
sine aliqua difficultate et resisten
cia recepit Et postmodum ad aliam
ciuitatem que marconis dicitur sine re
sistencia intrauit et recepit Item
ipso die arnolphi venerunt ciues
de ciuitate maritana Elbyng
dicta et due terre prussie ipsi regi
fidelitatis omagium prestiterunt
Preterea ipso die marie magdalene
optimum castrum videlicet aldesten
regi subiectum est Igitur ipso die
sancti Jacobi apostoli circumuallauit rex castrum Mariemburk
Et ab illo die usque ad festum Mathei apostoli ipsum expugnauit Infra
quod tempus tota terra prussie et pomorie exceptis tantum castris in
prussia videlicet Mariemburk
regi fidelitatem perpetuam iuramento
promiserunt observare firmiter
quam postea frangentes tam spirituales

qz servaveris Nobiles cuncti et omnes
terrarum dicte prussie et pomoranie
honorum ipsorum prodigi et salutis
proprie immemores turpiter et sine
aliqua causa violaverunt et fregerunt
Ab ipsius regis et corone regni
Polonie obediencia se subtrahentes
Et cum huius finis scripsi qui inspiciunt
per manus fratris Conradi Kalb[a]

Explicit Cronica

Sermo de conflict. p.
mnes bu'xerunt dominu' ecli de
tricth q loru' suu' ingtamina
tur fuat t i Marcha xv Ca
In sermone isto tria sunt videnda
1 Prologuium sctifitum
2 Scrutinium hystoritum
3 Obsequium polonitum
Quo ad primum bideamus
Prologuium sanctificum